



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

372. De liquore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De collectione herbarum. *Ex eodem.*

Concil. Bra-
car. 2. c. 74.
Halitgar. ibid.
Hincmar.
ibid.
Burchard. lib.
10. c. 20.

CCCLXVII. Non licet in collectione herbarum medicinalium aliquas observaciones vel incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino & oratione dominica, ut Deus & Dominus noster Jesus Christus honoretur.

De lanificiis feminarum. *Ex eodem.*

Concil. Bra-
car. 2. c. 75.
Halitgar. ibid.
Hincmar.
ibid.
Burchard. lib.
10. c. 19.

CCCLXVIII. Non licet Christianas mulieres vanitatem in suis lanificiis observare; sed Deum invocent adiutorem, qui eis sapientiam texendi donavit.

De morticinis. *Ex Pœnitentiali.*

Burchard. lib.
19. c. 88.

CCCLXIX. Qui manducat carnem immundam, aut morticinum, aut dilaceratum à bestia, quadraginta dies pœniteat. Si quis necessitate famis cogente manducavit, multò levius pœniteat.

CCCLXX. Qui fraudatum, raptum, vel furatum sciens manducat; si pauper est, septem dies; si potens, quadraginta dies pœniteat. Infirmi verò, si sciunt, quindecim dies pœniteant.

Burchard. lib.
19. c. 106.

CCCLXXI. Qui comedit & bibit contaminatum à bestia domestica, id est, à cane vel cato, duos dies pœniteat.

De liquore. *Ex eodem.*

Burchard. lib.
19. c. 106.

CCCLXXII. Si quis dederit alicui liquorem aliquem in quo mus vel mustela mortui sunt, si laicus est, septem dies pœni-